

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Siebenter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1882.

Aus Handschriften.

Von W. Wattenbach.

I.

Aus dem oben, S. 216, erwähnten Münchener Codex habe ich jetzt auch die dort nur angeführten Verse abgeschrieben. Zuerst f. 84v. die Klage über eine mangelhafte Prälatur:

Hac prelatura mihi cerno gravamina plura:
Est ibi pleps dura, vix quodque jugum subitura,
Agricultura gravis atque¹⁾ domestica cura,
Lapsaque structura vetus et breviter ruitura.
Est mea mens pura, mulieris ibi quia crura
Nec levo nec jura lego: sunt mea mansio rura.

Mit etwas, wenn gleich nur wenig, veränderter Schrift folgen Verse, die nicht unmittelbar dazu gehören:

Huc breviter sane redeas, o care decane,
Et modulando cane nobiscum vespere, mane.
Hic residendo mane: non scribitur hoc tibi vane,
Te revocant plane chorus, hore cottidiane.

Est oculusque manus prelati quisque decanus,
Inmo manus dextra: prior intus et ultimus extra. —
Sic res dispensa, sic hospes singula pensa,
Ne nimis inmensa tua devoret omnia mensa.
Sunt etenim plura, quorum nisi sit tibi cura,
Fiet mensura brevior tibi sepe futura.
Si domus in villa tibi sit grandisve pusilla,
Fac ne te stilla pluvialis pellat ab illa.
Vis in equis, veste, famulis vivas ut honeste?
Liber ut a peste sis, convivare modeste.

Neben diesen beiden letzten Versen steht aber am Rande von ganz ähnlicher Hand eine andere Version:

Liber ut a peste sis, convivare modeste:
Sic in equis, veste, famulis plus stabis honeste.

1) Uebergeschrieben 'ampla'.

Dieser Umstand macht es wahrscheinlich, dass für diese Verse hier ein Autograph vorliegt. Weiter folgen f. 85 v. die akrostichischen Verse an Bischof Emcho von Freising (1283—1311):

- De viridi leto tibi patri scribo roseto,
 Ordine consueto me faveasque peto:
 Me qui nunc presum clero nec ob id prope te sum —
 In cute si desum, mente tamen prope sum.
 5 Non ero mox alibi, si dicar ad extera scribi,
 Obligo meque tibi, sum tuus hic ut ibi.
 Emcho patrone fave, sis gaudens liber et a ve,
 Mitto tibi suave carmen honoris, ave!
 Clari tu generis, non degenerare videris:
 10 Hospes honoris eris, semper honesta geris.
 O quam felici rectore reguntur amici
 Nostri canonici: laus tibi pontifici.
 In te sunt flores virtutum, sunt et honores,
 Egregii mores: hiis decus ac decor es.
 15 Princeps es prudens, modo seria dans modo ludens,
 Impia secludens, qualibet arte studens.
 Stat bene vestita cum justitia tua vita,
 Clara probant merita sic tua, quod sit ita.
 Omne quod est veri jus¹⁾, scis dare, scis misereri:
 20 Pacificus fieri vis hodie quot heri.
 Odis, nec grati sunt, qui desunt pietati:
 Fortis, scisque pati, scis memor esse dati.
 Rector, prelatis datur a te gratia gratis,
 Imber honestatis magnificusque satis.
 25 Si comedis ve bibis, modus est quo vivere quibus,
 Id nec transibis potibus atque cibis.
 Nil male precipitas, et verba superflua vitas:
 Grata sit hec gravitas, vult tua nobilitas.
 Est tua persona majori digna corona:
 30 Nectat²⁾ ad hec dona gratia plura bona.
 Si quis hoc tale decus odit pontificale,
 Is stet ubique male: tu quoque vive vale!

II.

Herr Prof. Dümmler machte mich in München auf den folgenden merkwürdigen Bettelbrief aufmerksam, welcher im Cod. lat. 4401 (aus Benedictbeuern) auf der Rückseite des ersten Blattes eingetragen, aber stark abgerieben und dadurch an einigen Stellen unlesbar ist. Der Name am Anfang ist sehr zweifelhaft in seiner ersten Silbe; darüber steht von jüngerer Hand BIVIN. Der genannte Abt scheint Ekbert

1) oder 'vis'. 2) Necet Hs.

von Fulda zu sein, 1048 bis 1058, von dem aber eine Pilgerfahrt nach Jerusalem sonst nicht bekannt ist; auch weiss ich die porta Symeonis nicht nachzuweisen.

ERBWIN vocor. Nil possum loqui cum lingua, sed corde. Natus sum de Eingulande. Ego sum exul propter voluntatem sepulchri domini nostri Jesu Christi, et exivi cum episcopo de mea regione. Tunc maligni homines percusserunt omnes meos milites, nisi unum. Postea veni ad portam Symeonis; illic me sumpsit Heberdus Fuldensis abbas. Tunc fui cum eo multos dies, valde eger in omnibus menbris meis; nihil potui manducare vel bibere. Et adeo infirmus fui, ut nemo mihi presentem sponderet vitam. Deinde tradidit me prefatus abbas in fraternitatem congregationis sancti Bonifacii, et hoc testimonium jussit mihi scribere, ea lege, ut omnes qui me vider(int) clerici et laici nomine. Non peto aurum gratiam Dei. Omnes vos rogo qui bonum opus diligitis, ut detis mihi pacem nostri salvatoris usque constat voluntatis, premia cap. vitae celestis. Et notum sit, quod non possum manducare nisi post duos aut tres dies.

Hxc xfnk (Huc veni).

III.

Im Cod. lat. Monac. 4570 aus Benedictbeuern, welcher Burchards Decret enthält, ist am Schluss (f. 244v.) von einer Hand des 12. Jahrh. folgendes Schreiben Lucius III. vom 2. Sept. 1182 nachgetragen, mit der Ueberschrift 'Decretalis Lucii'.

Lucius (episcopus) servus servorum (Dei) dilectis filiis .C. preposito et capitulo Curiensis ecclesie Salutem et apostolicam benedictionem.

Veniens ad nos .O. presbiter ecclesie S. Florini de Machis¹⁾ sua nobis insinuatione proposuit, se quendam nobilem virum parrochianum habere, cum quo multi milites ac servientes incendiarii commorantur, quorum quidam in extremis agentes, cum nec ad proprium episcopum nec ad sedem apostolicam possint accedere, penitentiam et viaticum petunt ab eo; quod cum eis propria non audeat auctoritate concedere, nos consulere studuit, quid sibi esset in talibus faciendum. Quoniam igitur tantam ejus presbiteri noticiam non habemus, ut ei super hac re crederemus esse scribendum, vobis hoc committendum²⁾ decrevimus, per apostolica scripta mandantes, quatinus eidem denuntietis ex parte nostra presbitero, ut si aliqui parrochianorum suorum in extremis agentes, corde contrito et humiliato ei voluerint³⁾ confiteri, satisfactionem⁴⁾ eis, sicut melius valet,

1) Matsch im Vintschgau, wo St. Florin geboren sein soll. 2) comitendum Hs. 3) voluerit Hs. 4) astisfactionem Hs.

inponat atque salutaribus reficiens sacramentis, ecclesiastice tradat si decesserint sepulture. Quod si de infirmitate convaluerint, ad Romanam ecclesiam pro majori satisfactione precipiat laborare.

Dat. Velletri .IIII. Non. Septembr.

Hierauf folgt unmittelbar, aber von etwas verschiedener Hand, das folgende päpstliche Schreiben, dessen Urheber nicht genannt ist.

Contra fratrem nostrum . Episcopum de dilapidatione sui episcopatus, perjuriis, homicidiis, temeraria quadam absolutione qui in clericum manus cum gravibus¹⁾ violentiis iniecit, et illicita matrimoniorum divisione crimine simonie, canonici²⁾ Henricus et Ulricus nomine ad auditorium nostrum transmisere querelam, addicientes quod, sicut fama publica predicatur, cum monialibus inhonestam conversacionem habet, et plura manifeste committit, (que eius) fame derogant et aliis perniciosum exemplum inducunt³⁾. Quoniam igitur talia, si veritate subsistunt, non debent oculis coniventibus pertransiri, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus⁴⁾, quatinus inquisita sublato appellationis obstaculo super his diligentius veritate, si reum inveneritis memoratum episcopum in his, que supradicta sunt, vel aliquo ipsorum capitulo quod ad suspensionem ipsius sufficiat, auctoritate apostolica, nullius contradictione vel appellatione obstante, sub⁵⁾ pena officii sui, auctoritate nostra suffulti, infra quadraginta dies post harum suscepcionem ei spacium trium mensium prefigatis, infra quod nostro se conspectui representet, responsurus ad hec que contra eum enormia proponuntur, et si fuerit opus, innocentiam suam prout canonicum fuerit purgaturus. Alioquin si prefixo sibi termino venire contempserit, ipsum extunc auctoritate nostra denunciatis esse suspensum, et alium sibi competentem terminum prefigentes, infra quem si ad Romanam ecclesiam non adcesserit, tunc ei appellatione remota omnem ecclesie proibeatis ingressum⁶⁾ Cuius rei seriem et processum sub sigillis vestris nobis curetis quam tocius intimare; nobis etiam nichilominus nunciantes, si se maliciose duxerit absentandum, quatinus ad eum vestra citatio (non) possit⁷⁾ pervenire. Verum si omnes his exequendis nequiveritis interesse, tu, frater episcopo, cum altero ipsorum ea nichilominus exequeris.

IV.

Schliesslich noch eine von P. Ewald mir mitgetheilte Notiz. So viele Handschriften auch Fr. Zarncke für den

1) m. et (oder con) grauem Hs. 2) canonico, verändert in canonicus Hs. 3) Hier folgt 'que el', als Spur der vorher ausgelassenen Worte. 4) precipimus Hs. 5) o. ei sub Hs. 6) ingresum Hs. 7) c. posit Hs.

angeblichen Brief des Priester Johannes an Friedrich I. benutzt hat, das Material scheint doch noch nicht erschöpft zu sein. Der in der Hs. L III 22 saec. XIV. der Bibliothek im Escorial enthaltene Text stimmt überein mit demjenigen, welchen Zarncke (Berichte der phil.-hist. Kl. der k. Sächs. Ges. der Wiss. 1877, S. 118—133) nach der Hildesheimer Hs. gegeben hat, wenn auch nicht ohne zahlreiche Varianten und Umstellungen. Am Schluss aber heisst es hier (f. 35 v.) ganz abweichend so:

Verumtamen gaudemus de felicitate et prosperitate sua et credimus articulos fidei catholice et sancte Romane ecclesie, orationes predictorum articulorum fidei dicendo sic: 'Domine Jhesu Christe, adoro te in cruce pendentem, spineam coronam in capite portantem; deprecor te ut ipsa crux liberet me ab angelo percutienti. Domine Jhesu Christe, adoro te in cruce vulneratum; deprecor te ut vulnera tua sint remedium anime mee. Domine Jhesu Christe, adoro te mortuum et sepultum; deprecor te ut mors tua sit vita mea in eternum. Domine Jhesu Christe, adoro te discedentem ad inferos liberare captivos; deprecor te ut dimittas intrare ibidem. Domine Jhesu Christe, adoro te salvatorem meum, deprecor te ut in tuo adventu non intres in iudicium cum me misero peccatore, sed antea peccata mea dimittas priusquam iudices, ut possim audire vocem tuam sanctam, quam fidelibus tuis et omnibus sanctis promisisti, dicens: Venite benedicti patris mei! percipite regnum quod vobis paratum est ab initio seculi. Amen'. Explicit epistola presbiteri Johannis.
